Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

instrumenta quibus eterna beatitudo
acquiritur. hiis armis vicia com-
primuntur. hiis alimentis virtutes
nutriuntur. Sed et si quando a leccione
cessatur. cedet manuum opera-
cio consequenter. quia ociositas in-
imica est anime. et antiquus hos-
tis quem a leccione. sine operacione.
sine ab oracione. ociosum vel
vacantem invenerit. facile ad
vicia rapit. Per usum namque
leccionis discatis qualiter viva-
tis et alios instruatis. Per usum
ordinis et vobis et hiis quibus
in caritate coniuncti estis pro-
desse valebitis. Per manuum
operacionem et corporis maceracionem
viciis alimenta negabitis. et
vestris necessitatibus subvenietis
et habebitis unde necessitatem
pacientibus porrigatis. vesti-
menta vestra et calciamenta cum in-
digentibus fuerint necessaria
dare non differatis. Siquorum autem
coria sunt que postulant. Hoc
est quod superius scriptum est. ut si-
ne murmure serviant fratribus
suis. Nam quando differunt ne-
cessaria dare faciunt fratres in
murmurare. et fiet occasio peccati.

Studeant ergo fratres suis ser-
vire propter deum. et necessaria con-
gruis temporibus ministrare.
et hoc faciant sine murmure
sine tristicia. sine dilacione.
sed cum gaudio magno et hi-
laritate. quia hylarem datorem
diligit deus. ut omne quod opus
est eis secundum modum congre-
gacionis et possibilitatem loci ha-
beant. ut eis qui serviunt eis
sit maior merces a domino. In
indumentis vero et calciamentis de-
coris congruus est servandus
modus. ne preciosa vel nimia
supra modum sint. aut nimis
abiecta vel vilia. nec huiusmodi
composicionem plusquam decet.
nec in composicionem ultra quam
oportet. talia ergo sint ut
religionem simul commendent
et honestatem. Caveant ergo
fratres quibus necessaria minis-
trantur. ne quid expetant
importune aut superflue. Nam
quicquid habent superfluum mani-
festum est illis. Perpendant quo-
niam que expendunt oblaciones
sunt fidelium pro redempcione
peccatorum. et ideo non glorientur talibus.